

Amate pacem: diligite unitatē. Nescitis a
 ¶ multis bonis separamini: dum quasi ma-
 lis calūniamini: Furiant: seuiunt: quando
 ista dicim⁹: Nā querūt z mortificare nos.
 Apparuerūt sepe impet⁹ eorū: apparuerūt
 insidie. Cum ergo inter insidias illoz uiu-
 mus: z quibus dicim⁹: amate pacē: aduer-
 sant nobis: nonne vox ista nostra est: cum
 his qui oderunt pacē eram pacificus. **Cū**
 loquerer illis debellabāt me gra-
 tis: Quid est em̄ fratres debellabant me:
 Et parū erat: si nō adderet gratis. Quibus
 dicim⁹: amate pacē: christū amate: nūquid
 dicimus: honorate nos: S; honorate chri-
 stum: nos nolum⁹ honorari: sed illū. Nam
 nos quid sum⁹ ad aplm̄ Paulū: qui tamē
 dicebat illis paruulis: quos mali homines
 z mali suasores p̄cidere ab unitate i scisma-
 ta volebant: Quid eis dicebat ille: Nūquid
 Paulus p̄ vobis crucifixus est: aut in no-
 mine Pauli baptizati estis: Hoc z nos di-
 cimus: amate pacē: amate christū. Si enīz
 amant pacē: christū amant. Cū ergo dici-
 mus: amate pacē: hoc dicim⁹: amate chri-
 stū. Quare: Quia de christo ait apostol⁹:
 Ipse ē em̄ pax nostra: qui fecit vtrāq; vnū.
 Si ḡ christus idō pax: qz fecit vtrāq; vnū:
 quare vos de vno fecistis duo: Quō ergo
 pacifici estis: vt cum christus faciat vnum
 de duobus: vos facitis de vno duo: Sed
 qz hec dicimus: cū his qui oderunt pacem
 sum⁹ pacifici: et tamē illi qui oderūt pacē:
 cum loqueremur eis debellabant nos gra-
 tis.

Explicit Tractatus de ps. CXX.

Incipit Tractatus de ps. CXX.

Ecū dicitur iste psalmus eorū quo-
 rum titulus est: **Canticum gra-
 duū.** Plures em̄ sunt significan-
 tes vt iam in primo eorū audistis: ascēsum
 nostrū. Qui sit in corde ad deū: in cōualle
 plorationis: id est ab hūilitate cōtribulati-
 onis. Ascēsus enim vtilis nobis nō potest
 esse: nisi p̄mo hūiliati: a cōualle nobis ascē-
 dendū esse meminerimus. Cōuallis enim
 terre locus est dep̄ssus. Sicut loca terre al-
 ta montes z colles: ita cōuallis locus hūi-
 lis: ne dñi p̄propere et p̄postere querim⁹ ex-
 altari: nō ascendam⁹ sed ruamus. Vocuit
 autē ipse dñs a cōualle plorationis ascēden-
 dū: qñ p̄ nobis hūiliari vsq; ad mortē cru-
 cis z pati dignat⁹ ē. Hoc exemplū nō relin-
 quam⁹. Ista cōualle plorationis martyres
 intellexerūt. **Uñ intellexit: Unde: Quia**

et ipsi de cōualle plorationis vt coronarent
 ascenderūt. Congruit z hodierno diei psal-
 mus iste: canticū graduū. **De** illis em̄ di-
 ctum est: **Euntes** ibant z flebant mittentes
 semina sua. **Hec** est cōuallis plorationis: vbi
 a flentibus mittunt semina. **Que** sunt autē
 semina: **Bona** opa in ista tribulatione ter-
 rena. **Qui** bene opat in cōualle ploratio-
 nis: sicut est homini semināti p̄ byemē. **Nū-**
 quid frigore ab ope deterret: **Sic** pressuris
 mūdi non debem⁹ a bono ope deterri: qz
 vides quid sequit. **Euntes** inquit ibant et
 flebant mittentes semina sua. **Valde** mise-
 ri si semp flebāt: valde miseri si nunq; de la-
 chrymis sūt liberādi. **Sed** vide qd sequit:
Veniētes autē veniēt in exultatiōe: portan-
 tes germina sua. **Nihil** aliud istis canticis
 docemur fratres ḡ ascēdere: sed ascēdere i
 corde: in affectu bono: in fide: z spe: z cari-
 tate: in desiderio p̄petuitatis: z vite eterne.
Si ascendit: cōgruit nos dicere: quō ascen-
 dendū sit. **Quāta** terribiliora lecta de euā-
 gelio: **auduit** caritas v̄ra: **Clidētis** certe:
 quia hora dñi sicut fur in nocte ita veniet.
Si sciret inquit paterfamilias qua hora fur
 veniret: **Amē** dico vobis: quia nō pateret
 pfodere parietē suū. **Vicinis** modo. **Quis**
 ergo nouit qua hora veniet: que hora sicut
 fur erit: **Nescis** qua hora veniat: semp vi-
 gila: vt quod nescis qñ veniat: patū te in-
 ueniat cū venerit: **Et** ad h forte nescis: qñ
 ventur⁹ est: vt semp patus sis. **Illū** em̄ pa-
 trēfamilias subito occupabit hora illa: qui
 paterfamilias supbus significat⁹ est. **Noli**
 velle esse paterfamilias: z non te subito illa
 hora occupabit. **Et** quid ero inquis: **Qua**
 le audisti de psalmo: **Paup** z dolens ego
 sum. **Si** em̄ pauper z dolens eris: non eris
 paterfamilias: quē illa hora subito inueni-
 et: z subito premet. **Paterfamilias** em̄ sūt
 illi qui p̄sumentes de cupiditatibus suis: z
 in delitijs huius seculi defluentes timent:
 z erigunt aduersus humiles: z insultant in
 sanctis intelligentibus angustā vtam: que
 ducit ad vitam. **Talibus** em̄ veniet illa ho-
 ra subito: quia tales erant z in dieb⁹ **Noe:**
 quorum dierum cōmemorationem audi-
 stis factam in euangelio: **Sic** erit aduētus
 filij hominis inquit: quomō in dieb⁹ **Noe:**
Manducabāt: bibebant: nubebant: vxor-
 es ducebant: nouellabant: edificabāt: do-
 nec introijt **Noe** in arcam: z venit diluuiū
 et p̄didit omnes. **Quid** ergo: **Omnes** pe-
 ribunt qui ista faciunt: qui nubunt: qui

Marginal notes in a smaller hand, partially cut off on the left edge of the page.

vrores ducunt: qui nouellat: qui edificat
No. Sed qui de his presumunt: sed qui ista
 deo pferunt: sed qui ppter hec offendere desi-
 cito parati sunt. At vo qui istis omnibus:
 aut no vtunt: aut vtunt tanq no vtentes:
 plus psumentes de illo qui dedit: q de his
 que data sunt: z intelligetes in his eius co-
 solatione z misericordia: z no occupati do-
 nis: ne a donatore ruant: qui tales sunt: no
 illos inuenit imparatos hora illa sicut fur.
Talib dicit apostol: Vos autem non estis
 in tenebris: vt dies ille vos tanq fur com-
 phendat. Omnes em vos filij lucis estis:
 z filij diei. Ideo domin cum diceret timen-
 dam esse hora sicut furem: nocte posuit. Et
 apostol ita ait: Quia hora dñi sicut fur in
 nocte ita veniet. No vis vt te inueniat: no-
 li esse in nocte. Quid est noli esse in nocte?
 Filij lucis estis z filij diei: no sumus noctis
 neq tenebrarū. Qui sunt filij noctis z tene-
 brarū: Iniqui: impij: infideles. Sed et ipsi
 audiāt anteq veniat hora: z dicat illis apo-
 stolus: Fuiſtis aliquādo tenebre: nūc autē
 lux in domino. Sicut iste psalm habet eu-
 gilent: Jam illuminati sunt mōtes: Quid
 adhuc dormiunt?

Alia lra
 t Leuaui oculos
 meos.
 t mibi.

Expositio psalmi.
Leuaui oculos suos i mon-
 tes: vñ veniet auxiliū illis.
 Quid est iam illuminati sunt mon-
 tes: Jam ortus ē sol iusticie: iam ab aposto-
 lis predicatū est euāgelium: p̄dicatē sunt scri-
 pturę: patuerūt omnia sacramēta: cōcissus
 est velum: patuit secretum templi: iam tan-
 dem leuaui oculos suos in montes: vñ ve-
 niet auxiliū illis. Hoc enim p̄cipit illis iste
 psalm secundus de his qui inscribunt can-
 ticum graduū. Sed non rursus presumant
 de montib: qz ipi montes: non a se lucent:
 sed ab illo lucent: de quo dictū est: Erat lu-
 men verū: qd illuminat omnē hominē veni-
 entē in hunc mūdum. Montes possunt in-
 telligi: homines magni: homines clari. Et qz
 maior est Jobanne baptista: Qualis ille
 mons erat: de quo dñs dicit: In natis mu-
 lierū nemo exurrexit maior Jobāne bap-
 tista. Vides certe istum magnū montē lucē-
 tem: audi consentē. Quid p̄sistentē: Nos
 omnes inquit de plenitudine eius accepi-
 mus. De cui ergo plenitudine acceperūt
 montes: ab illo est tibi auxiliū: non a mon-
 tibus: in qz tñ nisi leuaueris oculos p scri-
 pturas: no admoueberis vt ab illo illumie-
 ris. Cāta q̄ sequit. Si vis audire vt fir-

missime ponas pedes in gradibus: ne i illa
 ascensioe: aut fatigeris: aut lapsus cadas:
 dic qd sequit. **N**e des ad mouēdū
 pedē meū. Cū mouent pedes: Cū mor-
 ē pes illi q erat in paradiso: Sed pus attēde
 vñ mor ē illi q erat inter angelos: et moto
 pede cecidit: z de angelo fact ē diabolus.
Moto. n. pede cecidit. Quere vñ cecidit.
 Supbia cecidit. No q mouet pedē nisi su-
 pbia: Ad ruinā no mouet pedē nisi super-
 bia. Ad ambulandū z p̄ficiendū caritas
 mouet pedem: ad cadendū supbia mouet.
Ideo z ille quid dicit in psalmo: Filij autē
 hominū sub tegimie alarū tuarū sperabūt.
 Si sub tegimie: semp huiles: semp de deo
 sperantes: semp de se non p̄sumētes. Sub
 tegimie alarū tuarū sperabūt: no em a se fa-
 tiant vt beati sint. S qd seq̄: Inebriabūt
 ab vbertate dom⁹ tue: et torrente deliciarū
 tuarū potabis eos. Ecce sitientes: ecce in-
 ebriati: ecce sitiunt: ecce bibunt: sed no a se
 bibūt: nec ipi sibi sunt fons. Sed vñ bibūt
 Sub tegimie alarū tuarū sperabūt. Si sub
 alis humiles sunt. Quare? Quia apud te
 inqt est fons vite. No q a se irrigant mon-
 tes: sicut a se no illuminant mōtes: Nā vide
 qd sequit: In lumie tuo videbimus lumē.
 Si q in lumie ipi videbim lumē: qz cadit
 a lumie: nisi cui ipē no ē lumē: Et q volue-
 rit sibi esse lumē: ipē cadit a lumie q illumi-
 nat. Ideo sciēs no cadere: nisi est q sibi vult
 lucere cū sit p se tenebre: statim sbiecit: No
 veniat mibi pes supbie: z man⁹ peccatoris
 no moueat me: id est mutatio peccatorū: no
 moueat me: vt cadā a te. Quare timuisti et
 dixisti: No veniat mibi pes supbie: Seq̄:
 Ibi ceciderūt oēs q opant iniq̄tatē: Quos
 mō vides opari iniq̄tatē: iā dānati sūt. S vt
 dānarent: vbi ceciderūt: Cū illis venit pes
 superbie. Recte q̄ iste audiēs vt ascēdat z
 no cadat: vt a cōualle plorationis p̄ficiat:
 no i timore supbie deficiat: ait deo: Ne des
 ad mouēdū pedē meū. Et dñs illi: Neq̄
 dormitet q custodit te. Intēdat car-
 tas via. Quasi vna sentētia facta ē ex dua-
 bus vocibus. No dixit ascendēs z cantās
 cāticū graduū: Ne des ad mouēdū pedes
 meū: z de tñq diceret ad te: Ne des ad mo-
 uendū pedē meū dicit mibi: Adde: Neq̄
 dormitet qui custodit te: z no mouebit pes
 tu⁹. Dixit at ille: Nūqd i p̄tate mea ē: vt
 no dormitet q custodit me: Volo vt no dor-
 miat neq̄ dormitet. Ergo illū tibi elige qui
 no dormit neq̄ dormitabit: et no mouebit

Alia lra.
 t Auxiliū
 a dño: qui
 celi z terrā
 t No det
 motionē p
 tuū.

pes tuus. **Deus** nunq̄ ē dormiens. Si vis habere custodē nō dormientē: deum elige custodē. **Ne** des ad mouendū pedem meū dicias tu: bene optime: s̄ z ille dicit tibi: neq̄ dormiet qui custodit te. **Tu** forte cōuersurus te eras ad homies custodes z dicitur: **Quē** sum inuēturus nō dormientē: **Quis** homo nō dormitabit: **Quē** inuenio: **Quo** ibo: **Quo** reuertar: **Ille** tibi oñdet. **Ecce non dormitabit neq̄ dormiet: q̄ custodit israel.** **Tu**s habere ergo custodem nō dormientē neq̄ dormitantē: **Ecce** non dormiet neq̄ dormitabit: qui custodit israel. **Christ⁹** eñ custodit israel. **Esto** ergo israel. **Quid** ē israel: **Interpretat** homo videns deum. **Et** quis videt deū: **Primo** p̄ fidem: postea per speciē. **Sed** per speciē nōdum potes: p̄ fidem vide. **Si** enim facie videre nō potes: qm̄ ibi species: posteriora eius vide. **Hoc** dictum est **Moyse** a domino: **Nō** potes videre faciem meā: posteriora mea videbis cum transiero. **Expectas** forte vt transeat: iam transijt: tu vide posteriora ipius. **Ubi** transijt: **Audi** **Johannē**: **Cū** venisset iquit hora: vt transiret de mūdo ad patrem: **Domino** noster **Jesus christus** iam fecit pascha. **Pascha** aut̄ transit⁹ interpretat. **Nam** verbū est hebreum: z putant homies grecū esse quasi passionē: sed nō ē. **A** diligentiorib⁹ z a doctoribus inuentum ē: quia pascha hebreū verbū est: et nō interpretat passionē: sed transitū. **Per** passionē eñ transijt dñs a morte ad vitā: z fecit nobis viā credētib⁹ i resurrectione ei⁹ vt transeam⁹ z nos de morte ad vitā. **Non** magnū est credere: qz mortuus ē christus. **Hoc** z pagani z iudei: z omnes iniqui credunt: hoc omnes credunt: qz mortuus est. **Fides** christianorūz resurrectio christi est. **Hoc** pro magno habemus: qz credim⁹ eñ resurrexisse. **Ergo** tūc se voluit videri cum transiret: hoc est cū resurrexisset. **Tūc** in se voluit credi cum transiret: quia traditus ē p̄pter delicta nostra: z resurrexit p̄pter iustificationē nostrā. **Et** ipsam fidem in resurrectione christi: maxime cōmendauit ap̄lus: **Ait** eñ. **Si** credideris in corde tuo: qz de⁹ eum suscitauit a mortuis: salu⁹ eris. **Nō** dixit: si credideris qz mortuus ē christus: qd̄ z pagani z iudei: z omnes inimici eius crediderūt: sed ait: si credideris in corde tuo: quia deus illum suscitauit a mortuis: salu⁹ eris. **Hoc** credere: hoc ē esse israel: hoc ē videre deum. **Quis** adhuc posteriora eius

videas: tamē cū credideris in posteriora: puenies ad visionem faciei. **Quid** est hoc: cum credideris in id quod posterius p̄ te factus est christus: **Cū** credideris in id qd̄ posterius suscepit christus. **Nam** in primo facies eius que est: **In** principio erat verbum: z verbū erat apud deum: z deus erat verbum. **Posteriora** eius que sunt: **Et** verbum caro factum est: z habitauit in nobis. **Cum** ergo credis in hoc qd̄ pro te factū est verbum: et resurrexit in carne: ne tu de tua carne desperares efficeris israel. **Fact⁹** aut̄ israel cum fueris non dormitabit neq̄ dormiet qui custodit te: quia iam israel es: et audisti i psalmo: **Ecce** nō dormitabit neq̄ obdormiet qui custodit israel. **Christ⁹** eñ ip̄ dormiuit: sed resurrexit. **Quid** enim ait ip̄ in psalmo: **Ego** dormiui z somnū cepi. **Nū**quid remansit in somno: **Et** surrexi inquit: quoniā domin⁹ suscepit me. **Si** ergo iam resurrexit: iam transijt: si iam transijt: vide posteriora eius. **Quid** ē vide posteriora eius: **Crede** in resurrectionē eius. **Et** quia ait ap̄stol⁹: **Et** si crucifixus est ex infirmitate: s̄ viuuit ex virtute dei: **Et** iterū ait: **Christus** surgēs a mortuis iam nō morit⁹: z mors ei vltra nō domiabit: **Recte** tibi cātat: **Ecce** non dormitabit neq̄ obdormiet: qui custodit israel. **Adhuc** forte queris carnali sensu: quis est qui nō dormitabit neq̄ dormiet: **Et** cum queris inter homies: falleris: nunq̄ inuentur⁹ es. **Noli** ergo presumere de quoq̄ homine: **Omnis** homo dormit et dormitabit. **Quādo** dormitat: **Cum** portat carnem infirmitatis. **Quādo** dormiet: **Cum** fuerit mortuus. **Noli** ergo presumere de homine: potest dormire mortalis. **Dormit** moriens: noli querere inter homies. **Et** q̄s inquit custodit me: **Qui** nō dormitat neq̄ dormiet. **Audi** quid sequit⁹: **Dominus custodit te:** **Non** ergo homo dormitans et dormiens: sed dominus custodit te. **Quomō** te custodit: **Dominus tegumentū tuū super manū dextere tue.** **Nā** fratres intelligamus adiuuāte domino quid sibi velit: **Dominus tegumentū tuum** super manū dextere tue. **Vide** eñz mihi habere sensum occultum: quare non dixerit: **Domino** custodit te absolute et simpliciter: sed addidit: super manū dextere tue. **Quid** eñ: **Dexterā** nostrā de⁹ custodit: et sinistrā nr̄am nō custodit: **Nō**ne ip̄e nos totos fecit: **Nō**ne q̄ nob̄ fecit dexterā: ip̄e fecit et sinistrā: **Poste-**

Alifsa.
† p̄fectio tua.
† dexterā tuā.

mo si placuit dici de dextera sola: quare dixit: sup manū dextere tue: et nō iam sup dextera tuā: **C**ur hoc diceret nisi aliqd hic occultū ad qd pulsando puenirem⁹ abscode- ret: **D**iceret em̄: aut dñs custodiet te et nihil adderet: aut si dextera addere voluit: dñs custodiet te sup dextera tuaz: aut certe qz addidit manū: hoc diceret: dñs custodit te sup manū dextera tuā: nō sup manū dextere tue. **Q**uod dñs ip̄e suggerē dignaf promā vobis: qui et in vobis habitat: sine dubio facit vos approbare verū esse quod dico. **N**am quid dicturi sumus ignoratis: sed cū dixerimus: nō ab ip̄is nobis vobis ostēdemus verū esse qd dicim⁹: sed vos ip̄i agnosceris verū esse qd dicimus. **U**si autē agnosceris: nisi demonstrante illo qui in vobis habitat: inquātuz de illo numero estis quoz vox est: **N**e des ad mouendū pedes nostrū: **E**t quib⁹ dicif: **N**eqz dormiet q̄ custodit te: **O**portet em̄ vt christus non dormiat in vobis: et modo intelligitur verū esse quod dicimus. **Q**uō inques: **Q**uia si dormiat fides vestra: dormit christus i vobis. **C**hrist⁹ em̄ in corde vestro: fides christi est. **A**ut ap̄lus: **H**abitare christū p̄ fidē in cordibus vestris. **I**n quo nō dormit fides: vigilat christ⁹. **E**t si forte dormiebat fides tua: et ideo in ista questioe fluctuabas q̄si nauis illa que tempestatez patiebat: vbi christus dormiebat: excita christū: et sedabunt tempestatez. **F**idē ergo vestrā interrogo carissimi: qm̄ filij estis ecclesie: et in ecclesia proficistis: et in ecclesia pficiēdi estis: qui iam pficistis: **I**nterrogo vos quid soletis intelligere qd dictū est in euangelio: **N**esciat sinistra tua: qd faciat dextera tua: **H**oc enim intellectu inuenietis que sit dextera: et q̄ sit sinistra: simul intelligetis: et vtrāqz partem deū fecisse: et dextera et sinistra: et tamē nō debet scire sinistra: qd faciat dextera. **S**inistra nostra dicif quicqd t̄p̄aliter habem⁹: dextera nostra dicif: quicqd nobis eternuz: et in cōmutabile dñs pollicez. **S**i autē ille qui dabit eternā vitā: ip̄e et de istis t̄p̄alibus cōsolatur p̄sentē vitā: ip̄e fecit dextera et sinistra. **D**icit de quibusdaz psalm⁹ apud **D**avid. **Q**uoz os locutum est vanitatē: et dextera eoz dextera iniquitatis. **I**nuenit q̄ quosdaz quos rephendit qui dextera verā p̄ sinistra habebāt: et verā sinistra dexteram sibi fecerunt. **Q**ui sint isti: erponit p̄sequēter. **O**is homo qui felicitatē nō putat esse hominis:

nisi in istis t̄p̄alibus facultatibus et delitijs et affluentia: et copia mūdi hui⁹: iste est stult⁹ atqz puerus qui sinistra fecit sibi dextera. **T**ales illi erāt de quib⁹ dicit psalm⁹: **N**on qz a deo nō acceperūt etiā que t̄p̄aliter possidebant: sed qz ip̄am solā putabāt esse beatam vitā: et nihil aliud requirebāt. **A**udite em̄ quid de illis cōsequenter dicit: **Q**uoz os locutus est vanitatē: et dextera eoz dextera iniquitatis. **E**t sequit: **Q**uoz filij eoz velut nouelle p̄stabilite: filie eoz ornate: sicut templi similitudo: **C**ellaria eoz plena: eructantia ex hoc in hoc: oues eozum secūde: multiplicātes in erantibus suis: boues eozum crassi. **N**ō est ruina sepis: nec exitus: neqz clamor in plateis eozum. **M**agnā felicitatez quozū dā describit. **P**osset tamē istā felicitatē et aliquis iustus h̄c sicut habuit **J**ob: sed **J**ob p̄ sinistra illā habebat nō p̄ dextera. **N**ā dextera nō habebat: nisi apud deū p̄petuā et sempiternā felicitatem: **I**deo cōcessa est p̄cutienda sinistra: et sufficit ei dextera. **Q**uō p̄cussa est sinistra: **T**ēptationib⁹ diaboli. **A**bstulit subito diabolus: p̄missus quidē a deo vt iust⁹ p̄barez: et impi⁹ punirez: abstulit oīa. **S**ed **J**ob qui nouerat sinistra: sinistra esse: et dextera nō nisi dextera: quō se tenuit ad dextera: **E**xultauit in domino: cōsolatus ē damna: qz nō est passus damnū: de interioribus diuitijs deo plenū cor habebat: **B**ñs inqt dedit dñs abstulit: sicut dñs placuit ita factū est: sit nomē dñi benedictū. **H**ec erat dextera ip̄ius: ip̄e dominus: ip̄a vitā eterna: illa lucis possessio: fons vite: lumē in lumie. **I**nebrabunt ab vbertate domus tue: ip̄a erat dextera: sinistra vō erat p̄ adiutorio cōsolationis: non ad firmamentū felicitatis. **N**az felicitas ei⁹ vera atqz germana deus erat. **I**sti autē de quib⁹ dicit **D**avid: qz os eozum locutus ē vanitatē: et dextera eozum dextera iniquitatis: nō hinc eos rephendit: qz his omib⁹ abudabant: sed qz os eozum locutus est vanitatē. **Q**uid em̄ sequit: **L**uz enumerasset copias eoz: ait: **B**eatū dixerūt pplim cui hec sunt. **H**ec est vanitas: qz locutus est os eozum: qd beatū dixerūt ppliu cui hec sunt. **L**u qd dicis: qui nosti qd ē sinistra: et quid est dextera: **S**equit et dicit: **B**eatius popul⁹ cui⁹ est domin⁹ deus ip̄ius. **I**ntendat ergo caritas vestra. **A**udiuimus sinistram: audiuimus et dexteram. **A**udi hoc confirmatū in canticis canticozū. **S**inistra eius inquit sub caute meo. **S**pōsa dicit de sponso: et christo

ecclesia in amplexu pietatis et castitatis. **Quid** ait: **Sinistra eius sub capite meo: et dextera eius complectet me.** **Quid** autem: quia sursum erat dextera: deorsum sinistra: et sic complectabatur sponsus sponsam: supponens sinistram ad consolationem: imponens dexteram ad protectionem. **Sinistra inquit eius sub capite meo: Deus illam dat: ideo sinistra eius: quia omnia ista temporalia deo dat.** **Quia** vani sunt: quia impii: qui ab idolis et demonibus ista petunt: **Quia** multi a demonibus ista petunt: et non illa habent. **Et** rursum quia illa non petunt a demonibus: habent ea: sed non a demonibus ista dantur. **Item** multi petunt a deo: et non habent. **Novit** ille dispensare sinistram: quae vocatur ad dexteram. **Ergo** si est sinistra: sit sinistra: sed sub capite sit. **Supra** illam sit caput tuum: id est supra illam sit fides tua: ubi habitat christus. **Noli** temporalia proponere fidei tue: et non erit sinistra super caput tuum: sed omnia temporalia sub de fidei tue: et fidem tuam proponere omnibus temporalibus: et erit sinistra sub capite tuo: et recte dextera eius complectet te. **Audi** hoc ipsum exponi in proverbiiis. **Quid** est sinistra ipsa: quid est dextera: **Cum** de sapientia diceret: **Longitudo inquit dierum: et anni vite in dextera eius: in sinistra autem eius divitiae et gloria: Longitudo illa dierum eternitas est.** **Hoc** enim proprio modo dicit scriptura longum quod eternum est. **Nam** quicquid finem habet breve est. **Alio** loco: **Longitudine inquit dierum replebo eum.** **Et** nunquam aliter per magno diceret: **Honora** preteritum tuum et meritum tuum: ut longeuus sis super terram: **Super** quam enim terram: nisi de qua dicitur. **Spes** mea es tu: portio mea in fructu viventium: **Ibi** esse longeuum quod est: nisi ibi vivere in eternum. **Nam** esse longeuum quid est: nisi usque ad senectutem pervenire: **Et** si longa videatur aetas: cum pervenerit convincitur brevis: quia et finitur. **Et** multi maledicentes pariter senescunt in hac terra: multi autem obsequentes pariter: cito eunt ad dominum. **Nunquam** ergo implect: ut longeuus sit secundum hanc vitam: **Sed** longeuus per eternitatem illa positus est. **Longa** vita est in dextera eius: **At** vero divitiae gloria: id est sufficientia vite huius: ea quae bona existimantur ab hominibus sinistra est. **Nescio** quis venit et vult tibi percutere dexteram: id est tollere tibi fidem tuam: tu accepisti alapas in dexteram: probe sinistram: id est ut illud tollat quod temporale est: et non ea quae eterna habes. **Audite** Paulus apostolum sic facientem. **Homines** persequerentur in eo quod christianus erat: percuterent illi dexteram: ille sinistram opponebat. **Civis** romanus sum ait. **Dexteram** ostendebant: ille de sinistra terre

bat: quia illi dexteram eius timere non poterant: non dum enim christo crediderant. **Quid** ergo: **Si** dextera amplectitur: sinistra sub capite est. **Quid** est: **Nesciat** sinistra tua quod faciat dextera tua: **Id** est quia facis bonum opus: propter vitam eternam fac. **Nam** si opus bonum in terra propterea feceris: ut terrena tibi abundant: scit sinistra tua quod faciat dextera tua. **Quia** scivisti dexteram sinistram: noli facere nisi propter vitam eternam. **Ideo** fac et securus facies: sed enim mandavit deus. **Si** propter solas res humanas: et solam vitam istam facis quod facis: sinistra sola operatur. **Si** autem propter vitam eternam operaris: dextera sola operatur. **Si** autem habes intentionem ad vitam eternam: si surripit tibi cupiditas vite temporalis: ut attendas etiam ista: quia facis opus bonum: ut hic tibi aliquid retribuatur: miscet se sinistra operibus dextere: **Hoc** verbat deus. **Veniam** nunc ad illud quod ait psalmus. **Beatus** tegumentum tuum super manus dextere tue. **Manus** patris dicit: **Unde** probamus: **Quia** et manus dei patris dei dicta est. **Nam** diabolus qui temptavit Job sic ait deo: **Mitte** manum tuam: et tange omnia quae habet. **Quid** est mitte manum tuam: nisi da patrem: **Evidenti** audi fratrem: ne forte carnali sensu adhuc cogites: quia meibus distinctus est deus: **Audi** evidenti quod dicat manus patris: **Aut** quod alio loco scriptura. **Mors** et vita in manibus lingue. **Novimus** linguas frustra quaedam in ore movent: et percussendo palatum et dentes distinguunt sonos quibus loquimur. **Ostendat** mihi manus lingue. **Lingua** ergo non habet manus: sed habet manus. **Quae** sunt manus lingue: **Patris** lingue. **Quid** est: mors et vita in manibus lingue: **Ex** ore tuo iustificaberis: et ex ore tuo condemnaberis. **Ergo** si manus potestas: quid est manus dextere: **Nullum** arbitror intelligi congruenti: nisi ut intelligamus manum dextere patrem: quam tibi dedit deus: ut si vel donante deo ad dexteram sis. **Erunt** enim impii omnes ad sinistram: erunt autem omnes filii boni ad dexteram: quibus dicitur: **Venite** beati patris mei: percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. **Ut** autem sis a dextera: id est ut possis dei filius fieri: patrem accepisti. **Quam** patrem: **De** quod dicit apostolus Jobes: **Bedit** eis patrem filios dei fieri. **Unde** accepisti hanc patrem: **Crede** debitis inquit in nomine eius. **Si** ergo credis: ipsa tibi patris data est: ut sis inter filios dei. **Et** se autem inter filios dei: hoc est ad dexteram pertinere. **Ergo** fides tua manus dextere tue: id est potestas quae tibi data est: ut sis inter

filios dei: manus est dextere tue. Sed quid valet ipsa praesens quam accepit homo: nisi dominus protegat. Ecce credidit: iam ambulat in fide: infirmus est inter temptationes: agitur inter molestias: inter carnales corruptiones: inter suggestiones cupiditatis: inter versutias et laqueos inimici. Quid valet qui habet praesentem et credidit in christum: ut sit inter filios dei? De homini illi: nisi et ipsius fidem dominus protegat: id est ut non permittat temptari supra quod potes ferre: sicut dicit apostolus: Fidelis deus qui non vos permittet temptari supra quod potestis ferre. Ergo ille qui non sinit temptari supra quod possumus ferre: quis iam fideles sumus: quis iam manus dextere nostrae sit in nobis: protegit nos deus super manus dextere nostrae. Non nobis sufficit habere manus dextere: nisi ille et ipsam manus dextere protegat. Ecce hoc de temptationibus dixi: Intendite quod sequatur.

¶ Protegat te dominus super manus dextere tue. Dixi et quod arbitror recognovistis. Si enim non recognovissetis: et de scripturis non recognovissetis: non vobis vestris intellectum vestrum mihi significaretis. Ergo quia intellexistis fratres: videte quod sequitur: quare protegat dominus et super manus dextere: id est super ipsam fidem in qua praesentem accepimus esse filios dei: et esse ad dexteram. Quare oportet ut protegat dominus: Propter scandala. Unde sunt scandala? Be duobus timenda sunt scandala: quia et duo sunt precepta: in quibus tota lex pendet et prophete: dilectio dei et proximi. Ecclesia propter deum: in deo proximus diligitur: deus autem propter deum. In deo intelligitur figurate dicitur sol: in ecclesia intelligitur figurate dicta luna. Quisquis potest errare ut aliud de deo credat quam oportet: non credat patrem et filium et spiritum sanctum unius esse subiecti: deceptus est versutia hereticorum: maxime arianorum. Si autem aliquid minus in filio: aut minus in spiritu sancto quam in patre crediderit: passus est scandalum in deo. Quisquis rursus putaverit ecclesiam in una parte esse: et non eam cognoverit diffusam toto orbe terrarum: et crediderit eis qui dicunt: ecce hic est christus: et ecce illic: sic modo audistis cum euangelium legeret: cum ille totum orbem emerit: quia tantum precium dedit: ille tamen in primo scandalizavit: a luna vritur. Quisquis ergo errat in ipsa suba veritatis: a sole vritur: et per diem vritur: quia in ipsa sapientia errat: de qua dicitur est: Dies diei eructat verbum. Unde dicit et apostolus: Spiritualibus

Alia lra.
t non h3 hunc
versiculū

spiritualia compantes: Dies diei eructat verbum: spiritualibus spiritualia compantes. Dies diei eructat verbum: sapientiam loquimur inter perfectos. Quid est: et nox nocti indicat scientiam? Parvulis predicat humilitas christi: et caro christi: et crucifixio christi: quia ipse est lac quod sufficit parvulis: et ideo non relinquuntur in nocte: parvuli: quia lucet et luna etiam in nocte: id est per carnes christi predicat ecclesia: quia ipsa caro christi: caput ecclesie est. Quisquis ibi non scandalizavit in ipsa ecclesia et in carne christi: a luna non vritur. Quisquis scandalizatus non fuerit in veritate illa incommutabili et incommutabili: non in isto sole quem nobiscum videt nunc et per coram: sed in illo sole de quo dicitur in prophetis: Quid nobis profuit superbia: et divitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia tanquam umbra. Et cum ista dixissent: ergo inquit erravimus a via veritatis: et iusticie lumen non luxit nobis: et sol non est ortus nobis. Nunquid non iste sol omnibus in prophetis ortus: illo instituyente de quo dictum est: Qui facit soles suum ortum super bonos et malos: Ergo alius solem fecit deus: qui ortus super bonos et malos: istum quem videt et boni et mali. Alius est autem ille sol: non factus: sed genitus: per quem facta sunt omnia: ubi est intelligentia incommutabilis veritatis. Be ipse dicitur in prophetis: et sol non ortus est nobis. Quisquis in ipsa sapientia non errat: non vritur a sole. Quisquis in ecclesia et in carne domini: et in his que per nobis temporaliter gesta sunt non errat: non vritur a luna. Omnis autem homo quisquis iam crediderit in christum: aut ibi errat: aut ibi: si non in illo sit quod dictum est: **Be tegumentum tuum super manus dextere tue.** Ideo enim cum dixisset: **Be tegumentum tuum super manus dextere tue:** quasi quiescit ille et dixisset: **Ecce est manus dextere mee:** iam elegi credere in christum: accepi praesentem inter filios dei esse: quid est quod deus tegumentum meum est adhuc supra: id est super manus dextere mee. Sequitur. **¶ Per dies sol non vret te: neque luna per noctes.** Ad hoc igitur tegumentum tuum est super manus dextere tue: ut non te vret sol per diem: neque luna per noctes. Nam hic intelligite fratres quia figurate dictum est. Etenim vera sives soles visibilis si cogitemus: vrit per diem. Nunquid luna vrit per noctes? Sed quid est visio? Scandalum. Audi apostolum dicentem. Quis infirmatur: et ego non vror? Quis scandalizavit: et ego non vror? Per diem ergo sol non vret te: neque luna per noctem. Quare? Quia. **¶ Domini**

nus custodiet te ab omni malo. A scandalis in sole: et a scandalis in luna: Ab omni malo te custodiat qui est tegumentum tuum super manum dextere tue: qui non dormit neque dormitabit. Et ad quam rem? Quia in temptationibus sumus. Dominus custodiat te ab omni malo. Custodiat animam tuam dominus. Etiam in ipsa anima **Custodiat dominus introitum tuum et exitum tuum: ex hoc nunc et usque in seculum.** Et non quasi corpus tuum: nam in corpore perempti sunt martyres: sed custodiet animam tuam dominus: quia de anima non cessant martyres et sequebantur persecutores: in Christina cuius hodie natalicia celebramus: sequebantur in semina diuitem et delicatam: sed fortis erat: quia dominus tegumentum eius super manum dextere eius: ille qui eam custodiebat. Hec enim fratres nunquam est qui in Africa ignoret: Clarissima etiam fuit: nobilis genere: abundans diuitijs: sed habet omnia sinistra erant: sub capite erant. Venit inimicus qui feriret caput: et sinistra illi obiecta est que erat sub capite. Caput supra erat: dextera desuper complectebatur. Quid poterat facere persecutor: cuius delicate femine? Erat quidem illa et sexu infirma: et diuitijs forte languidior: et consuetudine corporali infirmior. Sed quod ad tanta munimenta: Quid ad illius spiritum mittentem sinistra sub caput: et dextera sua complectentem? Quasi sic munitam percuteret inimicus: Et tamen percussit: sed in corpore. Quid autem dicit psalmus: Custodiat dominus animam tuam. Anima non cessit: corpus percussum est: Et corpus ad tempus percussum est: nam in fine resurrecturus est: quia et ipse qui dignatus est esse caput ecclesie: perhibuit corpus suum ad tempus percussibilem. Sed carnem suam ille triuero resuscitauit: carnem nostram in fine resuscitaturus est. Ideo suscitatus est caput: quo attenderet corpus et non deficeret. Custodiat animam tuam dominus: ipsa non cedat: ipsa non frangat scandalis: in persecutionibus: in tribulationibus: ipsa non cedat deficiendo: sic dominus dicit: Nolite timere eos qui corpus occidunt: animam autem non possunt occidere: sed eum timeat qui habet potestatem corpus et animam occidere et mittere in gehennam ignis. Hanc ergo animam tuam custodiat dominus: ne cedas persuasori malo: ne cedas permittenti falsa: ne cedas nuntiati temporalia. Et custodiat animam tuam dominus: Et deinde custodiat dominus introitum tuum et exitum tuum: ex hoc nunc et usque in seculum. Nam introitum tuum ad tempus attende. Custodiat

dominus introitum tuum et exitum tuum: ex hoc nunc et usque in seculum. Exitum idem custodiat. Quid est introitum? Quid est exitum? Quasi temptamur: intramus: Quasi vincimus temptationes: eximus. Audi introitum: audi exitum. Vasa figuli probat fornax: aut scriptura: et homines iustos temptatio tribulationis. Sic sunt homines iusti quod vasa figuli: necesse est ut vasa figuli intrent. Et non quando intrant: iam securus est figulus: sed cum exierint. Dominus autem securus est: quia nouit qui sunt eius. et nouit qui in fornace non creperent. Illi autem non crepant: qui non habent ventum superbie. Humilitas ergo custodit in omni temptatione: quia a pualle plorationis ascendimus: cantantes canticum graduus: Et custodit dominus introitum: ut salui intremus. Sana fide simus quando accedit temptatio: et custodit exitum ex hoc nunc et usque in seculum. Cum enim exierimus ab omni temptatione: iam in eternum nulla nos temptatio terreat: nulla cupiditas saltem sollicitabit. Audi apostolum id ipsum commemorantem quod paulo ante commemorauimus: Fidelis deus qui non permittet vos temptari supra quam potestis ferre. Ecce introitum tuum custodit: quoniam non sibi sinit deus accedere temptationem quam non potes ferre. Introitum tuum custodit: videte si custodit et exitum. Sed faciet inquit cum temptatione etiam exitum: ut possitis sustinere. Nunquam non possumus nos fratres interpretari aliter: quam ipsa verba apostoli docuerunt: Custodite ergo vos: sed non a vobis: quia dominus tegumentum tuum qui custodit: qui nec dormitat nec dormit. Semel dormiuit pro nobis: surrexit: iam non dormiet. Nemo de se presumat: de pualle plorationis ascendimus: non remaneamus in via. Gradus in via restant: non debemus pigri remanere: non debemus superbi cadere. Vicamus deo: non moueamus pes noster: non dormiat qui custodit nos. In nostra potestate est deo donante: si cum nobis faciamus custodire: qui non dormit neque dormitat qui custodit israel. Quem israel: videntem deum. Ita erit auxilium tuum a domino. Ita erit tegumentum tuum super manus dextere tue. Ita custodit introitum tuum et exitum tuum ex hoc et usque in seculum. Nam si de te presumpseris: motus est pes tuus. Si motus est pes tuus: iam putas te in aliquo gradu esse. Inde cadis si superbus es: quia humiliter in conualle plorationis dicit: Ne des ad mouendum pedem meum. Et si breuis psalmus est: longa tamen tractatio: et longus sermo. Putate fratres quia pro natalibus beate Christe inuocauimus vos: et immoderatio sui in con-

uino pducendo. Nonne posset vobis fieri: si quis vos militaris inuaret: et ad mensam sine mensura bibere coheret: Liceat nobis hoc facere in simone diuino: vt inebriemini et satiemini: quemadmodum et dominus pluuia sua tempore dignatus est terram irrigare: vt cum maiore gaudio nos non sineret ire ad locum martyrum: sicut besterno die promiseramus. Illi enim martyres sine labore hic sunt nobiscum.

Explicit Tractatus de ps. CXX.
Incipit Tractatus de ps. CXXI.

Sicut amor uniuersum inflammat aiaz: et ad terrena concupiscenda et putra sectanda vocat putra: et in uia precipitat: atque in profunda dimergit: sic amor sanctus ad supna eleuat et ad eterna inflammat: et ad ea que non transeunt neque moriuntur: excitat animam: et de profundo inferni leuat ad celum. Dabit tamen omnis amor uinum suum: nec potest vacare amor in anima amatis: necesse est vt ducat. Sed vis nosse quibus amor sit: Vide de quo ducat. Non ergo monemus vt nihil ametis: sed monemus ne mundum ametis: vt eum qui fecit mundum libere ametis. Obligata enim anima amore terreno: quasi viscum habet in pennis: volare non potest: mundata vero ab affectibus sordidissimis seculi: tamquam extensis pennis et duabus alis resolutis ab omni impedimento: id est duobus preceptis dilectionis dei et proximi volat. Quomodo nisi ad deum ascendens volando: qui ascendit amando: Quod antequam possit gemit in terra: si iam inest ei volandi desiderium: et dicit: Quis dabit mihi pennas sicut colube: et volabo et requiescam: Quo autem volauit: nisi de medijs scandalis: vbi gemit etiam iste cuius hec vox est quam commemorauit. De medijs ergo scandalis a commixtione maiorum hominum a palea quibus grana commixta sunt volare vult: vbi non patitur commixtionem et societatem iniqui alicuius: sed viuat in sancta societate angelorum ciuium in eterna hierusalim. Ideo psalmus iste: quem hodie suscepimus tractandum sanctitati vestre: ipsam hierusalim desiderat: id est iste qui ascendit in hoc psalmo. Est enim. **Canticum Graduum.** Quod sepe diximus caritati vestre: quia non sunt gradus isti descendenti: sed ascendenti. Ascendere ergo vult iste: Et qui vult ascendere: nisi ad celum: Quid est in celo: Ceterum ideo vult ascendere vt sit cum sole et luna et stellis: Absit. Sed est in celo cetera hierusalim: vbi sunt ciues nostri angeli:

ab ipsis ciuibus nostris pegrinamur in terra. In pegrinatione suspiramus: in ciuitate gaudebimus. Inuenimus autem et socios in ista terra pegrinatione: que iam viderunt ipsam ciuitatem: et inuitant nos vt curramus ad illam. Ad hos gaudet iste qui dicit.

Expositio psalmi.

Iocundatus sum in his que dixerunt mihi: in domum domini ibimus. Fratres veniat in mentem caritati vestre: si qua forte festiuitas martyrum et locus aliquis sanctus nominatus: quo certo die turbe conflunt ad celebrandam solennitatem: ille turbe quod se exuscitat: quod se hortant et dicunt: eam eam. Et querunt: quo eam? Et dicit: ad illum locum: ad sanctum locum. Inuicem sibi loquuntur: et tamquam in censi singulatum faciunt vnam flammam: et ipsa vna flamma facta ex collocutione sese accendunt rapit illos ad locum sanctum: et cogitatio sancta sanctificat eos. Si ergo ad locum typalem sic rapit amor sanctus: qualis amor debet esse qui concordes rapit in celum: et dicentes sibi in domum domini ibimus: Ergo curramus: curramus: quia in domum domini ibimus. Curramus: et non fatigemur: quia illuc perueniemus vbi non lassabimur. Curramus in domum domini: iocundetur anima nostra in his qui ea nobis dicunt. Qui enim ea nobis dicunt: portos viderunt ipsam patriam de longinquo clamantes ad posteriores: In domum domini ibimus: ambulate: currite. Viderunt illi apostoli: et dixerunt nobis: currite: ambulate: sequimini: in domum domini ibimus. Et quid dicit vnusquisque nostrum: Iocundatus sum in his que dixerunt mihi: in domum domini ibimus. Iocundatus sum in prophetis: iocundatus sum in apostolis. Quis enim isti dixerunt nobis: in domum domini ibimus. **4 Stantes erant pedes nostri: in atrijs hierusalim.** Ecce habes domum domini: si querebas quid sit domus domini. In illa domo domini laudat: qui condidit domum: ipse et delitie omnium habitantium in domo: Ipse sola spes hic: et res ibi. Ergo qui currunt quod debet cogitare: Quasi ibi iam sunt et ibi stent. Magnus est enim ibi stare inter angelos: et non deficere. Qui enim inde lapsus est: in veritate non stetit. Quicumque non sunt lapsi: in veritate stant: Et ille stat: qui deo fruitur: qui autem se frui voluerit: cadit. Quis autem se frui vult: Qui superbus est. Non ille qui se stare volebat in atrijs hierusalim: In lumine tuo inquit videbimus lumen: non in lumine meo: Et apud te inquit fons vite: non apud me. Et quod adiecit

Alia sfa.
Neratus
Tota sfa.

Alia sfa.
tuus.